
BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA


BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

Il P. Fin.e M.e Travina d.to Comp.e di Sesi
nel primo tomo de' suoi Trattenimenti
Apologetici sul Probabilismo, Dial. 37.
n.° 535. f. 404. così dice = Il P. Ge-
remia Da Padova Minore osservante,
nel suo Ipseudonimo Probabilismus
methodo metham. demostratus par.
2. suppl. 11. pag. 150. edit. Lugd. 1747.
dice: D. Thomas censens de moribus
Opiniones libertati faventes contra
Antiquas docuit, et propugnavit.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

PROBABILISMUS

METHODO MATHEMATICA DEMONSTRATUS

AUCTORE PATRE

PITHANOPHILO.



BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

LUGDUNI.

1747.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

AD LECTOREM.

Causæ sunt omnino duæ, quæ de Probabilismo me ad scribendum impulere. Altera Probabilioristarum persuasio est, qui de eo hoc tempore jam esse actum arbitrantur. Ex quo enim eorum Sententia, novis in dies fautoribus aucta, pugna ex adverso aliquantum per hæc tempora remittente, magis invalescere visa est, existimant Probabilioriſmum jam obtinuisse, ac triumphasse, Probabilismum omnino vero, devictis, atque

BIBLIOTECA COMUNALE DI BENNA

ſumpſi, ac manum tabulæ admovi, itaque multigenam quidem tantum certitudinem mutuatus a rebus ipſis, ordinem vero, ac methodum a Mathematicis, niſi me fallit animus, demonſtravi. An vere ſcopum tetigerim, quidve de meo præ aliis contulerim, & quam denique etiam arduum opus aſſumpſerim, periti, & æqui Lectores judicabunt.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

Opus

Opus tribus Partibus continetur. Prima Ratione. Secunda veluti Traditione, ſeu potius Scholæ Auctoritate, ac Praxi. Tertia evidenti omnium Argumentorum ſolutione Probabiliſmum licitum demonſtrabit.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

PRO-

PROBABILISMUS

METHODO MATHEMATICA *DEMONSTRATUS.*

PARS PRIMA.

NOta eſt MATHEMATICORUM METHODUS. Ea enim his veluti inſtrumentis perficitur, nempe Definitionibus, Axiomatis, Poſtulatis, Propoſitionibus, Corollariis, & Scholiis.

Definitio eſt alicujus explicatio. Cum explicatur quid ſignificat nomen aliquod, definitio nominis, cum vero quid ſit res ipſa, definitio rei dicitur. Nominum definitiones ſunt arbitrariæ, non minus tamen indubitatæ, quia non poteſt alicui prohiberi, quin affingat voci objectum, atque notionem, quam maluerit. Niſi tamen neceſſitas poſtulet, ſtandum eſt, ſive in communi uſu, ſive in Scientia aliqua vocibus, aut ab omnibus, aut a Scientiæ illius Profeſſoribus uſurpatis, neque peculiares iis ſigni-

BIBLIOTECA CENTRAL UNAM